



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Abnegatio voluntatis propriæ, vt in omnibus tuto eligenda: quomodo  
eaexence[n]da. Iudicium item proprij intellectus, vt pælatorum indicio  
substernendum. Cap. XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

tuncunque alios etiam inexcusabiliter excedere videris, adhuc tamen omnia peccata aliena parua & incomparabilia tibi sunt aestimanda in comparatione tuorum peccatorum, tuarq; ingratiitudinis. Proinde in omnibus quae facis, cum maximo timore reuerentiali & verecundia te in oculis Dei semper habeas. Quid tibi prodest, si magna de te sentiant homines? Quid iterum nocet, si te vilem credant? Vtrumq; instabile, caducūque est, quod corā Deo neque accusat neque excusat. Non igitur ad praesens respicias tempus, nec ad hominū qui nunc viuunt iudicia. Scis quā saepe numero in te erauerint te laudantes, vbi profus nullā habebas, vnde laus tibi accederet, rationē. Quandocunque igitur laudaris ab alijs, aut aestimaris, nihil horū tibi arroges, nihil tibi vindices, nihil ad te sumas. Pari modo, si (vbi mali conscius tibi non es) vituperaris, non trahas ad cor, nec propterea turberis, sed cogita, & vt rem certissimam tene, alios te latentes in te esse defectus, quamobrem vituperationem hanc, & humiliationem tibi euenire sinunt Deus. Porro, si reus fueris, & vituperatione dignus (quando enim indignus es) suscipe humiliter, & geme, non propterea quod vituperaris, sed quod Deū offenderis. O despiciant te homines, despiciant. Contemptus ille via ad salutē, virtutum custodia, & gratiae perseverantia est. Nihil in via proficies humilitatis, quam diu anxiaris, metuis, sollicitus es, quid de te cogitent homines. Si malum est quod facis coram Deo, quare nō dimittis, et. Am hominibus renitentibus. Si bonum est, quid vereris homines? Abijce igitur fantasias, curas & inuestigationes has, an placeas, & quid placeat hominibus, & ne displiceas. Inuestiga quid placeat Deo, & illud, quomodo in eius honorem ac beneplacitum perficias, expende: deinde non propter charitatem proximi stude ab ijs quae proximo sunt molesta abstinere.

Peccatorem totius mundi maximū vt se quisque aestimare debeat. Laudes & vituperia hominum quomodo toleranda.

Humilitatis profectum quid impediat.

Voluntas aliorum quomodo preferenda sit voluntati propriae.

*Abnegatio voluntatis propriae, vt in omnibus tutò eligenda: quomodo ea exercenda. Iudicium item proprii intellectus, vt Prae-latorum iudicio subternendum.*

CAPVT XXXVIII.

In omni re licita loquere tuam sic abnegato voluntatem, vt semper (vbi alius contradixerit) alienam magis, quam tuam facias voluntatem. Nam & si id quod tua suadet voluntas videatur perfectius, atque virtuti vicinius, quā id quod alius suadet, tamen quia tua est voluntate electum, ipsa proprietat facit, vt iam ea re quae ab alio praecipitur vilius sit. Ex propria namque electione opus factum habet quidem fructum suum, quantumscunque is est. At verò quod propter alienam voluntatem subis, fructum quae suum habet, nec fortasse minorem quam id quod ex propria factum fuisset voluntate. Habet praeterea abnegationem tui, cuius fructus, si verè hæc propter Christum fuerit abnegatio, hoc est, si propter pacem & charitatem obseruandam cum proximo te abnegaueris, non est modicus. Vnde constat nunquā re posse spiritualis profectus damna pati, sed lucrari etiam maxima, si relicta propria voluntate per abnegationis studium alienam, in rebus tamen licitis, & propter Christum sequutus fueris.

Itaque

Abnegatio  
in quibus ex  
eterna.

Itaque hoc studium abnegationis, à te seruari debet tam in spiritualibus, quam temporalibus, si is qui tunc contradicit voluntati, fuerit vir sapiens, spiritualis & alicuius iudicij. Sin autem in temporalibus duntaxat prudens fuerit, in spiritualibus ignauius. (quod non ita tamen conuenit te iudicare aut sentire, sed formidare) in temporalibus tantum (quæ nullius sunt momenti ad fructum abnegationis comparata) te abnegabis. In spiritualibus verò non ita indifferenter cuiusvis necessarium est te sequi iudicium. (Multi enim reperiuntur, qui in eiusmodi nihil habent iudicij, sed Prælati, confessoris, institutoris tui, aut viri alicuius boni, de quo haudquaquam suspicatur, vt extra vitam salutis te dirigere velle, iudicium est sequendum. Omni tempore vitæ tunc abique ulla cessatione debes in te persequi, calcare & cum indignatione ac violentia frangere voluntatē propriam, sensumque proprium, idque non solum coram hominibus, sed etiam quando solus es, vt non quæ tu vis cogites, legas, aut facias, sed quæ conscientia & timor Dei distant. Quamdiu in te est aliqua electio qua magis vis hoc, quam illud, &c. tamdiu non habebis pacem, sed oportere habere ad omnia indifferenciam, vt si debeas hoc facere, dicas Bene in nomine Iesu. Si dimittere iterum, bene, & in nomine Iesu, & non sit tibi voluntas, nisi aliena, nulla optio, nulla inclinatio propria erga te ipsum, aut qua te ipsum, tibiua propriū quid quæras. Tenendū est in spirituali vita hoc certissimū & seruandū pro quodam paradoxo. In omni re dubia secure, & cum magno merito dimittitur voluntas propria, aut sensus proprius, & superioris voluntati obediatur, quia etiam si superior errauerit, non imputabitur tamen hic error discipulo.

Paradoxum  
infallibile in  
propria vo-  
luntatis ab-  
negatione.

Tunc autem est res dubia, quando in vtraque partem quis est scrupulosus, vel anxius, licet ad alteram partem magis declinet. Debet igitur illud quod Prælati eligendum iudicauerit eligere, quamuis ad altam fortasse partem plus ipse trahatur, quia quod propterea illuc plus trahitur, est causa, quia vehementia tentationis aut timoris eo illum impellit, vt pars hæc sanior videatur. Porro alteri (quamuis in sua causa sibi hoc modo videatur) & in aliena causa, vt potest tunc tranquillior corde, sanius dabit iudicium. Amantissime Iesu, quæ

Precatio pro  
abnegatione  
proprie vo-  
luntatis.

neque velle, neque scire, nec etiam posse aut perficere, bonum habeo mecum, nisi in id tu gratia boni te & dederis & seruaueris. Adiuua igitur robora & confirma hanc virtutem, vt quod dedisti nunc velle, des, faciasque vt etiam perficiam. Fac benignissime Iesu, vt cum displicentia, sanctoque odio meipsum, cum profundissima humilitate, tuoque seruentissimo amore, funditus me vbique & in omnibus abnegem, pro sancta obedientia, idque faciam erga te, & erga omnes creaturas propter te, ne vlla profus in me proprietatis inueniatur vitiosa, siue externa, siue interna. Si quid desideraueris, quo felicitas sit carere, Christum huius loco pone, teque interroga, Christus ne sit, an aliarum quam optabas dignior seu charior? Vide autem quo in veritate ac ex animo respondeas: Mihi melior, mihi optatior est Dominus meus Iesu Christus. Ego ipsum eligo dominum meum pro hac re veli. In consilia tractatusve congregationum, si vocatus fueris, nō esto tu proprii sensus, vt contendas aut pro tua pugnes opinione. Sed hoc quod tibi videtur potissimum ac rationabile pronuncia libere, sine cuiuscunque respectu. Ibi enim iuxta tuam conscientiam, non iuxta aliorum iudicia interrogaris. Si recipitur, bene quidem. Si spernitur quod dixisti, superbissima foret res te velle tuam opinionem tueri. Itaque satis fit animæ tuæ quod interrogatus, quæ sentias dixisti. Sentium igitur tuum & consilium nunquam defendas.

In consilijs  
congrega-  
tionum quo  
modo sit  
proprius sen-  
sus abnegan-  
dus.

defendas. Neminem quoque in tuam opinionem aut sententiam, ante aut postquam consultatio sit, trahere seu illicere coneris, sed tacens roga Deum ut suam alij voluntate ad inspiret. Ceterum, si aliorum consilium in malum abiierit finem, aut inde sequatur, ignominia damnumve, tu tace, nec villo modo, quod tuum non sic sequutus consilium, cuiquam impropera.

*Obedientia quibusnam, & quanto studio prestanda: utque omnibus alijs exercitijs ea sit anteferenda.*

## CAPVT. XXXIX.

**V** Bicumque Praesidentis aut Praelati tui tibi innoteseit voluntas, quocumque id fiat modo, iussionem non expectes, sed parata voluntate mox ad illius offer te exequendam voluntatem: & hoc fiat vultu hilari, corde simplici, intentione deuota, strenue, diligenter, veraciter & integre. Similiter ad charitatem fratribus paratum te offer exhibendam, vbi superioris voluntas non contradicit. O frater, non frater, quare tibi obedientia est onerosa, nisi quia adhuc in te regnat superbia tua, & propria voluntas? Frange superbiam cordis tui, & propriam in te occide voluntatem, iam tibi quod prius videbatur onerosam, valde erit iucundum. Si enim felicitas est vlla in terris, aut in tentationibus securitas, hanc possidet verus & hilariter obediens. Ratio huius est, quia vere obediens non a se, sed a vicario Christi regitur: imò a Christo anima custoditur obedientis, ut ambulet simpliciter, ambulet confidenter, ambulet secure denique ac feciliter. Nullius enim ipse habet rei curam, nisi ut obediat. Quod si fecerit, nihil restat quin tam pace fruatur, quam securitate perpetua. Veh misero & infelici inobediens! Eius enim in terris nunc incipit gehenna ignis, & durat in eternum. Est enim inobediens omnis semper sine requie, semper sine charitate, tentationibus plenus, & daemionibus vndique circumdatus. *Aduua me Domine Deus meus. Occide in me omnem cordis proprietatem. Fac me vera obedientia filium, ut me funditis tibi, & omnibus creaturis propter te subijciam in profundissima humilitate.* Trahe me in te quocumque tibi placuit modo, per aduersa aut prospera, saltem ut perpetua charitate inuertibiliter tibi semper adhereram, & nihil nisi tuam in omnibus desiderem voluntatem. Si in re dubia, timorata conscientia trepidat obedire, dicas in corde: Domine Iesu Christe, quanquam conscientia mihi in hac re mea contradicit, possibilia est tamen hoc ex timore, suspitione, aut a passione euenire. Me enim possum regnare, & peccare rebellando. Quid enim si fortasse alius (quod puto) abud, aliter, meliusque, atque ego, hanc rem, quod me laeret, videri? Ideo proprium sensum meum possideo & contemno, & obedio. Si iuxta tuam voluntatem piissime Iesu, Praelatus iq ueret, quomodo credo & accipio, libenter faciens, facio qua iubet. Porro si contrarium tibi id esset voluntati quod iubeor, etiam faciens non facio, quia te offendere intendo. Hoc modo deposito scrupulo inter ambigua securus obedi. Hoc fundamentum tibi necesse est, ut constituas. Voluntatem propriam nunquam facias Alteri nunquam facias, quod tibi oderis fieri. Alteri facias, quod tibi fieri desiderares.

VV

Quic-